[...]ccatum · servus est peccati ·
Servus autem non manet in do
mo in eternum · filius manet
in eternum · Si ergo liberabit
vos filius · vere liberi eritis ·
Scio quia filii abrahe estis ·
Sed queritis me interficere ·
quia sermo meus non capit
in vobis · Ego quod vidi a[pud]
patrem meum loquor · et vo[s]
que audistis apud patrem
vestrum facitis · Responderunt
et dixerunt ei · Pater noster
abraham est · Dicit ei[s]
Si filii abrahe estis · [ope]
ra abrahe facite · Nunc autem
queritis me interficere hominem
qui veritatem locutus sum
vobis quam audivi a deo ·
Hoc abraham non fecit ·
Vos facitis opera patris vestri ·
Dixerunt ergo ei · Nos ex
fornicatione non sumus nati ·
unum patrem habemus deum ·
Dixit ergo eis ihesus · Si deus
pater vester esset · diligeretis
utique me · Ego enim ex deo
processi · et veni · Neque enim a me ipso
veni · sed ille me misit · Quare
[...] loquelam meam non cognoscitis

[Qui]a non potestis au
[dire] sermonem meum · Vos
[ex patre] diabolo estis · et desideria
[patri]s vestri vultis facere · Ille homi
[cid]a erat ab initio · et in veritate
non stetit · quia non est veritas
in eo · Cum loquitur mendacium ·
ex propriis loquitur · quia mendax
est et pater eius · Ego autem
quia veritatem dico · non credi
Inmittet offertorium [credi]tis michi ·
angelus domini in circuitu timentium
eum et eripiet eos · gustate et vide
te quoniam suavis est dominus ·
Sacrificia quesumus domine Secreta
propicius ista nos salvent · que
medicinalibus sunt instituta
Panis quem Communio · ieiuniis ·
ego dedero caro mea est pro seculi vita ·
Quos nos domine largitate Complenda
donorum et temporalibus attollis
presidiis · et renovas sempiternis
Da quesumus domine populis Super populum
tuis christianis · et que profitentur
agnoscere · et celeste munus di
ligere quod frequentant · Per ·
De necessitatibus meis Feria sexta
eripe me domine · vide humilitatem
meam et laborem meum et dimitte
omnia peccata mea · Psalmus Ad te domine le ·

License: cc-by-nc-sa – Košice, Archív mesta Košice, fond Magistrát mesta Košice, Odd. Supplementum H, sign. H III/2 mac 43, 2v – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3flo/7915/62947)